

Adjuvante Supremo Numine!

DISSERTATIO ACADEMICA
TRIGAM THESIUM
PHYSICARUM,
EXHIBENS;

Qvam,

Ex suffragio & indultu Amplissimi Senatus
Philosophici in inclyto & Regio Lyceo Aboensi

SUB PRÆSIDIO,

Viri Clarissimi

Dn. Mag. PETRI HAHN,

Scientiae naturalis Professoris Ordin. & Reg. hoc tempore
RECTORIS MAGNIFICI, nec non ejusdem Universitatis Bi-
bliotheccarii Solertissimi, Patroni & Promotoris, quovis
officio & animi veneratione ater-
num suspiciendi,

*Publico bonorum, Eruditorumque examini
modestè committit*

M A R T I N U S G R A U / J. F.
Nylandus.

Ad diem 27. May, Anni 1691.

In Auditorio majori, horis solitis antem.

A B O Ä,

Excudebat JOHANNES Winter/
Reg. Typogr.

REVERENDISSIMO,
In Chtisto Patri ac Domino

Dn. PETRO BÜWIG/

S. S. Theologiae Doctori longe celeberrimo,
Dioceseos Wiburgensis Episcopo meritissimo, Consistorii
ibidem Praesuli gravissimo, nec non Gymnasi Regii
& Scholarum Ephoro eminentissimo.

Mœcenati Patrono, & Promotori

Ut benignissimo, ita devota animi
submissione, aeternum prosequendo,

U[er]o &

Admodum Reverendo & Praclarissimo Domino,

Mag. PETRO CARSTENIO,

Cathedralis Templi Viburgensis Pastori, multò dignissimo, Archipræposito gravissimo, Consistoriique Adsestor, nec non S. S. Theologiae Lectori Primarie, Promotori meo indubitatissimo, & singulari venerationis cultu nunquam non prosequendo:

Ceteris pariter

VIRIS

Plurimum Reverendis & Claritate maxime conspicuis,

VENER. CONSISTORII

ADSESSORIBUS.

AMPLISSIMIS,

Regii & inclyti Gymnasii

LECTORIBUS

Solertissimis atque dexterissimis;
Favitoribus atque Evergetis, omni zelo venerandis

Salutem, annos, & prospera fata !!!



B eo usque tempore, quo me Musis literisque ad-
dixi, peculiari & nescio quonam incensus eram ar-
dere atque desiderio, ut aliqualem ingenii mei fatum,
non tantum in lucem ederem; verum etiam Tuo, Rever-
endissime Pater, amplissimo Nomi inscriberem, con-
secrarem, offerrem. Et cum exactius tecum reperio, ratio quenam fuerit;
nullam invenio, praeter unicam, quod singulari & plus quam paterno favo-
re atque benevolentia, omnes & singulos Rei Literariae Scholares fidos &
assiduos, prosequi ac complecti, nunquam non annixus sis. Impellunt deni-
que me, etiam alias sponte currentem, ad hoc, haud exigua beneficia, que in
domum meam Paternam contuleras, cumularas. Quin imò, si occupatus essem
in Reverendissimi Patris tot meritorum, tot laborum, beneficiorumque, erga
Patriam, erga Literatos, erga paupertate, aut aliis temporis statis adversis
motibus pressos, enumeratione, ambigui sanè fati laborem susciperem: illa
enim in se tantum lauatis ac encomiis balent, ut haud tenui Minerva à me
exprimi possint, ideoque relinquo hoc iis, qui præstantiori ingenio, majori
etiam scientiarum notitia gaudent. Sufficit mihi, quod omnes illas virtutes
loquatur orbis, tacite, ne luci tenebras adspergere videar. Quæ dum ita
venerabili silentio involvo, unico verbo commemorare qua mee commentatio-
ni sunt propria, sedet animo. Quocirca certo certius scio, Te Reveren-
dissime Pater, Vosque, Plurimum Reverendi atque Clarissimi Domini, hanc
meam pueritiam favoris & benevolentiae vestre pallio posse obvelare. Nam
eidem vestro favori, quo Musarum Alumnos amplecti soliti estis, impu-
tandum, quod venerabilem vestrum aspectum subire ausus sim. Accipite
sereno vultu, quas Vobis offero studiorum meorum prioritias. Est quidem
munus levidense, non difficilior, at finatis, oro, pondus ab animo meo devo-
tissimo accipient. Hinc mihi non parva crescat materia ad benevolentissi-
mam Vestram propensionem & nunc & semper dignis elogiis decantan-
dam, deprecandamque. Quod non sine ardentissimis precibus atque
suspiriis pro omnigena Reverendissimi Patris, Admodum Reverende, Cla-
rissimarumque Dignitatum Vestrarum prosperitate faciet, dum vixerit

Reverendissimi Patris

Admodum Reverendæ,

Clarissimarumq; Vestrarum Dignitatum

Humilimus &

observantissimus Cultor.

MARTINUS GRÅA

Plurimum Reverendo atq; Praclarissimo Domino,

Nec non

Per quam Reverenda Dignitate & Doctrina Claritate
deg^e Ecclesia Dei maximè meritis

V I R I S

Mag: JOHANNI GXAII

Ecclesiarum Pytensis Elimænſisq; Pastorī longè meritis-
fimo, ut & Preposito quidem districtus gravissimo, ut Genitorī
suo cogn̄ plus quam paterna, ita amore filialique cultu ac
venerationis zelo, maxime colendo, devenerando.

D O M I N O

CHRISTIANO PROCOPIÆO

Pastori Ecclesiae, quæ DEo in Loinjoli colligitur accura-
tissimo ac meritissimo, Fauori, Benefactori, atque
Affini propensissimo, omni officiorum genere
nunquam non prosequendo.

Dn. ERICO THOMÆO,

Ecclesiae Christi, quæ in Silunde est Pastorī multò di-
gnissimo vigilantissimoque, Affini & Evergetæ, quo-
vis honore atque officio perpetim suspiciendo,
colendo.

Dn. JOHANNI GXAII Juniori

Regii & incliti Gymnasii Viburgensis Vice Lectori Elo-
quentiæ & literissimo atque perindustrio, ut Fratri suo unico,
atque perdiectio, ita fraterno amore, & sincero
etdis affectu aeternum prosequendo.

Salutem, annos, & omnigenam felicitatem!!!



Unc demum Parens admodum charissime, nec non
affines & Frater perquam dilecti occasio misi
offertur, votis à me expetita plurimis, prode-
unte sc. in lucem, primo licet immaturo ingenit
mei tenuis fatu, qua occasione, inquam, beneficiorum à
Vobis mibi collatorum me nunquam immemorem futurum
ostendere licebit. Fateor equidem hoc levissimum manus,
quod in vestrum effundo sicutum, chartaceum, illis quibus
me exceptis beneficiis valde esse impar. Nihilominus ta-
men, id vestris Nominibus dicatum ire non erubesco. Si
enim, vel Tu, Parens charissime, paterna beneficia qui-
bus me prosequutus es, diutius in pectoris visceribus te-
nerem clausa, notam ingratitudinis vix effugerem. Id
ergo operam dabo, O Genitor charissime, ut illorum,
quos mibi suppeditasti, sumptuum, Temet nunquam pœ-
nitcat. sponsorem si velis, pro me, non alium, quam
meipsum, qui alias tuus sum totus, interpono. Salve pro-
inde & semper optime vale mi Pater optime, tam labori-
bus quam canicie maximè venerando Senex! Valete etiam
& Vos, & diu hinc terris superstites este, Pl. honorandi
affines & Frater dulcissime, Viri de Ecclesia Dei multum
meriti, meque & studia mea ut promoteatis, hoc u-
num abs vobis contendo, oro, qui sum, dum Spiritus hos
meos regit artus.

Pl. Reverendi Patris & Vestrum
Reverendarum.

Dignitatum.

Filius obsequentiissimus
Cultorque officiosissimus

M. G.

Viro - Juvēni,

ut Natalibus claro , ita literarum decore maxime
Conspicuo , Pereximio

Dn. MARTINO GRĀĀ :



Vō pacto fulsit primis lux clara
diebus,
Principio mundi, differis ipse,
tribus.

Naturam motus naturalis , violenti , &
Qvidqve Cometa siet , detegis ore
gravi.

Gratulor his cœptis insignibus ! insimul
opto :

Qvo possis fausto sic pede carpere
iter !

L. Mq. gratulatur

PETRUS HAHN
Acad. RECTOR,

In

In Juvenem.

Divinarum & Humanarum Rerum
Studioſſimum,

Dn. MARTINUM J. GRÄU
Fautorem & Amicum per dilectum,

EPIGRAMMA.

 *Etus est manetque di-
elum,
Nobis simul sciendum,
Et posteris tenendum:
Aliquid per omne rerum
Genus undecunque scire,
Nil esse, sive summam,
Vel eruditionis,
Existimationis
Aut debiti decoris,
Seu premium laboris
Species salentioris;
Nisi proferatur omnis
Vis germinans Minervae,
Et Palladis perita
Florentior catena,
Pariter Scientiarum
Ac Artium bonarum,
Pariter corona diva
Virtutis omnis alme.*

*Specime tuum probatum,
MARTINE Grāu / satelles
Nunc Regii Lycæ,
Quod publicam in cathedram
Academæ ipse profers,
Tum pluribus probatam
Dat eruditionem
Sat inclutam, ac in omni
Re scibili profundam,
Tum Singulas per artes
Est testis haud negandus,
Et diligentioris
Operæ tuae in studendo,
Et improbi laboris
Tot scripta perlegendo.
Hinc gratulorque cœpta,
Pecor & Deus secundet,
In gloriam Jehove,
In commodum piorum,
Decus & tuum ac tuorum!*

Libens apposuit

PETRUS LAURBECHIUS
S.S., Th.D. & Professor Ordinarius.

Viro

Viro Juveni
Et Natalium insignium splendore, & Virtutum Litera-
rumque peritaci cultu condecoratissimo, Domino
MARTINO JOHANNIS

GRÄUÄ Nylando,

Commiliti, Amico & Convictori svavissimo, Discursum
Physicum proprio Marte contextum, evulganti,
solerterque propugnanti;


Eu cœcus, foveas, nescit vitare, profundas,
labitur & subito, sed titubante pede;
Sic mens quæ cœca est, Doctrinarum sine luce
concidit in cladem luctificumque malum.

Naturæ brutæ cognatum dedecus ingens
est *Inscitia*, quæ solicitat stupidos.

Ast animæ nostræ cultus, *Doctrina*, decorus
dicitur, & meritò nobilis illa cluit.

*Non tam præclarum, faciem componere, Thales
esse, refert, studiis quam coluisse animum.*
Socratis ad Juyenes monitum fuit: ut, speculo in se
Intuerentur, eo consulerentque sibi;
si essent insignes, generosa & fronte venusti,
tentarent, tales, jugiter, ut fierent.

Sed si deformes essent, obducere formam,
ingratam, vellent sedulitate suâ,

Hoc esto dictum cunctis qui sacra Minervæ
attractare student pervigili studio.

Singula pensiculas, solers **GRÄUÄ** / mente sagaci,
Virtuti incumbens Artibus atque vacans.

Ingenii dotes præstantis, prodere nisu
conaris magno; ceu tuâ cæpta docent.

Gratulor in tantis ausis, pariterque peropto!

Ti faustè cedant auspicioque bono!

Litet admodum festinato I. tn. mqs ad gratulabar

SIMON TÄLPD Met. & Log.

Prof. Ord. Pastor Pijkenis.

Juvenem *splendore natalium, erudita modestia,*
& modesta eruditio conspicuum,

Dn. MARTINU M GRÄU/
 ARCANA qvædam PHYSICA publica
 disputatione pudentem :



Agnum sentiscunt mortalia corda
 stuporem,
 Quando rotant secum facta stupen-
 da DEI:
 Quod totum inflammet radiis Hyperio-
 nis ardor
 Orbem: quod resonent flamina sæ-
 ya noti.
 Talia qui reputat, reputat miracula
 mentis
 Æternæ, laudem quæ capit ipsa
 suam.

Festin. ex animo tamen

ANDREAS WANOCHIUS
 Phil, pract. & Hist. Prof.

Studiis & moribus politissimo Juveni

Dno MARTINO GRÄA/

Optimorum Parentum eximiæ speci filio,
Dissertationem Philosophicam egregie conscriptam,
Edenti in lucem, & publicè ac strenue defendanti,
brevibus hisce sed sincere gratulatur


AEthereas lustras arces cœlique tueris
Concava, terreno mittunt quæ lumina
cyclo,
Circumaguntque faces, crinitos orbe come-
tas.

Vilia sic sordent Ti GRÄA/ fnavissime Musis
Miles, tum tentant quæ alii puerilibus ausis.
Hinc Te fata manent & præmia debita doctis,
Ars tua quæ referet, virtusque merebitur ampla.

DAVID LUND.



THESES



THESIS PRIMA.

Lux primigenia non periit.

PRiusquam proprius ad hujus Thesis explicationem gradum promoveamus, non sicco (quod ajunt) pede prætereundæ, verùm paucissimis saltim Tenebræ illæ (qvarum mentionem facit Moses super faciem abyssi existentium attingendæ veniunt; cum instituti simul ac temporis ratio prolixioribus hæc vetent persequi. Itaque illas ipsas absqve pomposo verborum apparatu aggredimur. Primum nos immittendo in inquisitionem, quo videlicet tempore fuere ortæ? an ab æterno? Varii varias hac de re sibi procudunt sententias: qvorum nec desunt, qvi contendunt, cœlum & terram, hoc est rudem, informem atque tenebriosam illam molem actu extitisse, *eo ipso tempore*, quo Deus esse cœpit, ita enim ineptè loquitur Auctor quidam Libri Marcionitici apud Augustinum. Hi Suggillatores, quām injurii sint & impiè invehantur in ipsum Creatorem, attribuendo rebus hisce creatis idem initium ac harum Productori Enti increato, qvi omnis initii & finis expers est, quivis verâ religione

imbutus ingenuè profitebitur. Et quām absurdā hæc sint,
 quivis facile intelliget, cum & ipsi Gentilium perplurimi
 hoc negare, nec voluerunt nec potuerunt, quorum
 etiam Epicharmi Comicorum vetustissimi, antiquam tra-
 ditionem referentis verba hoc idem satis innuant:
 $\alpha\lambda\alpha\lambda\epsilon\gamma\epsilon\tau\alpha\mu\eta\chi\alpha\sigma\pi\varphi\omega\tau\alpha\tau\epsilon\epsilon\sigma\alpha\theta\epsilon\omega\eta$. Similia multa
 tradidere Aristophanes & Apollonius. Huic massæ con-
 creatas statuimus tenebras, easque ex initio hexaëmeri,
 & quidem primo primi νυχτημερίου spatio, quo mundi
 jaœta sunt fundamenta, ante quod nullum tempus da-
 batur; sed virtute primi Dei verbi esse cœpere, (&
 Basilio nec non Philopono dicitur $\eta\pi\varphi\omega\tau\alpha\tau\chi\varphi\omega\eta\eta\eta$)
 Non ex initio Dei, quem initio & fine carere an-
 tea assertum est. Jam è re esse videtur, ut innotescat
 quid per tenebras primævas intelligamus? An cum
 Rabbinis ignem elementarem, aut cum Manichæis &
 Marcionitis æternum principium, sive sumimum aliquod
 malum Nomen, quod mala condidit, & summo Bono con-
 trarium; quod naturæ & infinitæ ejus potentiarum repugnat,
 quippe quæ duo contraria sibi mutuo essent exitio: de-
 niq; omnis boni Auctori hoc minimè congruum foret. At
 hæc cum non tam Physicorum quām Theologorum in-
 foro potius pertractanda sunt, idcirco illis discutien-
 dum relinquimus. Nos non tam recentiorum Philo-
 sophorum auctoritate, quam rationibus haud infirmio-
 ribus, nec non recto rationis judicio suffulti, Tenebras
 nil nisi aërem obscuratum, & obscurâ qualitate reple-
 tam circa massam illam chaoticam fuisse statuimus.
 Et hoc ex manuductione Textus Originalis, ubi vox
 hæc Gen. Cap. 1. v. 2. ηψη deducitur à radicie ηψη
 tenebrosus fuit, obscuratus fuit, prout explicat in suo
 Lexico Buxtorfius. Unde liquet earum existentia, &
 quid

quid genuinè significant. Et non video qvâ ratione
 Adversarii vocem hanc per vim malorum Spirituum inter-
 pretentur, cum fundamento ne quidem imbecillo inni-
 xi sint. Ulteriores enudationes harum vocularum pu-
 blicæ ventilationi committimus. Jam ulterius in con-
 siderationem tenebrarum ituri, æquâ mentis lance per-
 pendamus oportet, an tenebræ istæ primævæ, & supra
 faciem abyssi, primam omnium constituerint noctem;
 cum pro utraque & affirmativa & negativa parte defen-
 denda, etiam recentiorum perplorimi inter se discep-
 tent, & tanquam pro aris & focis (ut ajunt) dimicent.
 Harum alterutram esse tenetendam necessum est, ambabus
 assentiri cum minimè deceat. Nos eorum judicio, qui pau-
 lò ampliorem operam, cupiditate hujus rei sciendæ
 collocarunt, & rationibus firmioribus inniti videntur
 subscribere non dubitamus, quin prima nox subsecu-
 ta tandem fuerit lucem primigeniam, adeoque tene-
 bræ illæ primævæ noctis nomine nequaquam veniunt
 intelligendæ, cum nox semper presupponat luminosum
 quoddam corpus, quo deinde tanquam habitu suo de-
 stituatur atque privetur, vi canonis Log. *habitum præ-
 supponi debere ab ipsa privatione.* Et si forte à me quæ-
 reres: unde sint tenebrae? æquè esset ac si diceres: un-
 de sit silentium? cui rectè respondeatur, quia nemo fuit
loquitus, ut disertè ait B. Jacob Martin. Colleg. 2. con-
 tra Becan. Disp. 5. Th. 24. Idem responsum ferres, si
 sollicitus fueris de earum creatione, cum satis noveris
 ex omnium ore, quod terminus creationis fuerit sub-
 stantiarum & rerum positivarum. Hinc nil superest ni-
 si quod sint mera negatio ipsius lucis primigeniæ, hanc
 vero lectoræ privatio dicuntur. Frustra igitur Marius
Victorinus Opuscul. princip. Diei, dum substantivas appell-

lat, Philosophis se irridendum propinat. Plura de his
 scire aeventibus commendō Excell. Sperl. cum temporis
 angustiis inclusus, institutique ratione prohibitus pro-
 lubitu non pluribus possumus hæc persequi. Atq; hæc
 sunt, quæ per bonā occasionem intacta esse nolebamus.
 Quemadmodum paucis tetigimus tenebras primævas,
 ita consequens jam est, ut properemus ad propositam
 illam nobilissimam lucem primigeniam, quæ primus
 mundi ornatus, prima perfectio, prima ædificii gra-
 tia, quâ nil præstantius, nil jucundius, nil pulchrius.
 Et quoniam cœlum & terra erant inconspicua & tene-
 bris involuta, noluit summus Opifex hoc suum primum
 primi diei *τέγμα* in tenebris latere; sed ut aspe-
 ḡtabile foret. Ideoque primo hexaëmeri die ex nulla
 præacente materia, & immediatè solo virtutis suæ ver-
 bo omnipotenter produxit, tenebricosam molem sive
 abyssum illustravit, aspectabilemque reddidit. Et (ut
 verbis Basiliū utar) *sicut pictores dealbatum ante parie-*
tem colorum floribus conerunt, ita Creator ad ornatum
mundi properat, luce primum mundi parietes dealbat.
 Etiam alibi Basilius M. Hom. 2. prima Dei vox, inquit,
lucis materiam creavit, tenebras dispulit, mundum illu-
stravit & exhilaravit, universis continuo gratum attu-
lit & jucundum conspectum. Sicut, qui in profundam
aqua voraginem oleum immittunt, ei loco conciliant &
immittunt perspicuitatem. Ita & universi Creator edito-
mox verbo, lucis amabilem & peramenam venustatem
mundo invexit. Hinc inclarescit quam apprimè neces-
saria quamque jucunda lux illa fuit, propter utilita-
tem & gratiam illam haud exiguum mundo illi per-
ficiendo inprimis, & deinde partibus mundi perfecti,
soli, lunæ, cæterisque stellis, materiam illis submini-
strando.

Grandio præstitam. Ita enim sapienter & ordine ele-
 gantissimo, omnis boni ordinis Auctor cuncta exequu-
 tus est; Siquidem primo die rudem quandam mate-
 riam seu seminarium totius universi, non de sua sub-
 stantia, nec de alia sibi coæterna, quia sic æternitatis
 nectare etiam terrestria hæcce perfusa inclarescerent.
 Sed ex nihilo & quidem purè negativo non privativo,
quod est terminus non materia, ut loquitur subtilissimus
Scaliger, produxerit, lucemque à tenebris distinxerit,
 Iumine inserviendo rebus primo die creatis. Alterà
 aquas superiores ab inferioribus separatis, firmamentum
 artificiosissimum inter has expandit. Tertiâ luce jussit
 aquas inferiores & terræ commixtas congregari in suos
 alveos, suaque certa occupare loca, terram verò omni-
 genâ & mirâ florum arborumque varietate exornavit.
 Quarto die cœlum luminaribus, qvinto aquam piscibus,
 aërem volatilibus, sexto denique terram animantibus,
 & postremò omnium animantium Principe condecora-
 vit, adeò ut per sex illa *νυχτίμερα* absoluta sit totum
 creationis opus. Hæc omnia & singula utul sapienter
 sint condita, non tamen desunt qui Creatorem confu-
 sionis arguere sustinent; ideo quod confusum chaos pri-
 mò considerit. Nos iis reponimus Deum eo ipso or-
 dinis non confusionis esse Auctorem se demonstrare, ut
 fatetur *Altingius*; Siquidem ordo hic sit, ut fiat pro-
 gressus à non esse ad esse, ab imperfecto ad perfe-
 ctum, ab inanimatis ad animata, à vegetabilibus ad sen-
 sitiva, à brutis animantibus ad hominem animal intel-
 lectuale omnium visibilium creaturarum nobilissimum;
 unde nec creatio confusa, sed opus creationis rude, in-
 digestum, indispositum, & imperfectum dicenda est;
 Grates igitur debemus ordinis Auctori gratam quod no-
 bis commendare voluit *ιωνέλιας*.

Optimo jam nobis commendato usu, ordine pa-
 riter elegantissimo hac ansa intellecto (in quæ, ut pri-
 ora mentio incidit) è re esse videtur paucis de variis
 hujus explicationibus & sententiarum divortiis agere,
 quod facturi obviam imus primò menti statuentium,
 per lucem Intelligentias aut etiam animas veni-
 re intelligendas, cum harum invisibilium & spiritu-
 alium munus sit, non discriminare diem à nocte:
 Ubi tamen Textus Sacer innuit creationem rerum
 corporearum & visibilium, ideoque proprietati literæ
 adhærendum. Deinde nec assentimur *Daneo* elemen-
 tum ignis fuisse afferenti; quia ignis officio non con-
 venit dare discriminem diei ac noctis, sed calefacere &
 urere, quod primaria ejus affectio est. Præterea impro-
 bandus est sensus *Pererij*, propugnantis lucem solis im-
 perfectam. Cum lux solis sit accidens, accidens autem
 nunquam prius suo subjecto, & sine eodem non datur;
 multò minus fuit ipse sol, quia is quarto demum die
 conditus fuerit, & expansum solis subjectum secundo
 die. Si verò confugerint ad aquam tanquam suum a-
 sylum, objiciendo nobis eam fuisse subjectum, uti *Kec-
 kermannus* vult; perspicuitatem & pelluciditatem in
 parte quadam aquæ subtiliori. *Cornelius à Lap.* exi-
 stimat, Deum lucem producturum ex aquis abyssi con-
 densasse instar crystalli corpus orbiculare, eique lucem
 hanc indidisse. Tum facile patet hoc sibi constare non
 posse: quivis enim videre potest aquam nil commercii
 habere cum luce, non ex aquâ sed ex tenebris lux evo-
 cata est 2. Cor. 4. quæ etiam post separationem aqua-
 rum secundo & tertio die luxit, & quales absurditates
 inde sequeretur, ipsæ horum sententiae primo intuitu
 produnt, itaque eas tacemus. Porro nec fuit lux alteri-
 us se-

us seculi sive beatorum, cum illa sub nomine diei venire
 nequit & què ac hæc, sicut expresse *Gen. 1. v. 5.* legitur:
וַיָּקֹרְאֵלָהוּ יְמִין h. est: & vocavit Deus lu-
 cem diem. Denique suffragari neminem credo non-
 nullis Pontificiis: accidens fuisse sine aliquo subjecto,
 quod non solum contradictorium; verum etiam tan-
 quam maximum numeratur inter sex illa Peripatetico-
 rum absurdia. Nec ab omnibus etiam *Pontificiis* appro-
 batur illa statuminatio, sed à qvibusdam eorum rejici-
 tur atqve damnatur, cum vix obtineant, qvod inten-
 dunt, nempe figmentum transubstantiationis, per hoc,
 qvod dicunt lucem fuisse accidentis non *essentia* sed *iden-
 titas*. Ast tædet & nos omnium horum Senten-
 tionariorum delirations recensere, & Te Lector
 Candide forsitan offendimus Tibique nauseam facimus.
 Unicum tantum postremò addere placet *Bonifrigerii* asser-
 tum: qui omnem navat operam, quò evincere queat,
 qvod lux primitus creata fuerit accidentis, non in certo
 & peculiari aliquo subjecto; sed ut modò hoc, modò
 aliud agnoverit subjectum, Scilicet prima die aquam,
 altera aërem, tertia cœlum, & ita successivè in diversis
 partibus sive subjectis ab ipso Creatore produci debuisset,
 quod *ατοπον*. At, qvoniam nervi artusque sapientiae sunt
 nil temerè credere, propterea non hujus vel illius autoriti-
 tati ita sumus addicti, ut in verba ejus juremus, aut *Ari-
 stotelem, Socratem vel Platonem* contra veritatem de-
 fendamus (magis cum Ipsiis nobis amica sit veritas) nec
 absque rationibus temerè eos deseremus. Nos huic ser-
 tentiæ tanquam omnium verissimæ calculum addimus
 Deum T. O. M. in principio & quidem primo hexaë-
 meri die procreasse lucem non accidentalem, qualis lux
 in genere utpote in sole, & stellis, verum specialem,

corpoream, substantialem accidenti conjunctam; quippe
 omnium ori inest quod fuit terminus creationis. Hoc
 corpus luminosum, solo Dei verbo ex nihilo negativo
 productum, erat instar aëris diffusum suis tamen ex-
 tremitatibus ita determinatum, ut non una vice totum
 illustraret globum, sed motu & impetu suo naturali,
 non à movente aliquo extraneo, non emissione aut
 contractione radiorum universi partes per vices illu-
 minaret, accessu diem, recessu noctem inducens, &
 per primum secundum ac tertium diem vicaria solis
 extitit: ut eam appellat *Sperl.* Circa hanc occasio-
 nem non possumus non animadvertere, quod *Dann-
 hauerus* in *Colleg. Psycholog. Disp. 3. Controv. 2. pag.
 84.* & seq. denegat luci περιπτώσιον ipsum corpus cum
 nullibi locorum fuisset repositum, nec supra aut in-
 fra cœlum; latuit enim sub aquis primo die, nec in
 medio aquarum fuisse infixum, cum aquæ non fuerint
 divisæ primo die *Gen. 1. v. 4.* addit vero ejus subje-
 ctum fuisse uti nunc aërem, ita ibi aquæ superficiem.
 Neque penetrare lucem densam illam aquarum abyssum.
 Hic responsu licet difficile sit, hoc tamen asserimus:
modus quamvis in ejusmodi abstrusis atque arduis rebus
nos lateat, rem tamen ipsam ideo negare integrum non
est, à negatione intellectus nostri ad negationem rei non
valet consequentia. Qui potens erat locare ingens &
 vastissimum istud corpus chaoticum, quomodo & ubi
 placuit, quidni etiam constituere potuerit alterum istud
 corpus lucidum, illustrans primis tribus diebus rudem
 istam molem etiam post firmamentum jam conditum,
 & terram ex ipsa aqua productam. Sed quo devolvi-
 mur? è diverticulo in viam redeundum est, videlicet, ut
 asserto nostro, lucem primævam non periisse, vim &
 robut

robur tribuamus, qvod fiat commodè in animadversione argumenti, instantium lucem hanc resolutam in aquas: quod vix & ne vix quidem firmiori ceteris stat talo, quoniam Sacra Pandectæ ne apicem quidem de hoc indigitent, nihilque omnium quæ fecit planè & totaliter in aliam speciem transmutavit. Cui Quæsio usui inserviret lux? Et quem intenderet Creator finem, nisi quod præcesset primis tribus diebus, non modo non etiam materia apta esset οεργημάτων qvartæ diei. Aqva jam sibi assignatam perfectionem accepit, quoad quantitatem, qualitatem, & locum, remanente adhuc postea luce per νυχτημέρια temporis spatium, itaque non opus fuit ipsis amplius aliquid addere. Impium etiam ac temerarium foret dicere, Deum unam à se semel productam speciem, rursum permutasse in aliam, effectus namque fuit causæ sua Efficienti probatus & bonus, sequitur jam eam fuisse conservatam; si conservata man sit, conservabatur utique lux ista vel perfecta, vel imperfecta: At non perfecta, qvia si completa fuisset, scorsim cerneretur in mundo jam perfecto, adeoque referretur vel ad Angelos, qvod fallit, quia sunt immateriales, vel ad cœlum, sed & illud male, quia istud naturā non lucet; vel ad elementa, & pariter ineptè; quia terræ indolem non agnoscit, aquæ non novit, aëris neque recipit, veūm etiam naturam ignis subterfugit. Vel deum referretur hæc lux ad planetas vel ad metalla, vel ad animantia, qvod qvam absolum foret, mea non refert pluribus dicere. Ergo ultimò imponit naturæ ordo & cogit necessitas, ut frustra tentatis singulis, referatur hæc lux ad stellas, & inde ad solem ceu imperfecta, ac materia quæ qvarto demum die in productione solis, debitam indepta est perfectionem; adeoque cœlum condensatum

sive densiores cœli partes materia non sunt, cum non locatio, nec positio, neve ipsum continens inferat materiam, ut differit beatus *Sperling*. quem adeat, qui pluribus explicari hoc gestit. Diversitatem lucis quod attinet, nec illa diversitatem materiæ probat, quia diversimodè lucem tractavit Creator, aliter eam disponendo in sole, aliter in luna, aliter etiam in ceteris stellis. Atq; ita quadantenus evictum speramus, sidera constare luce primæva, tanquam genuina tua materiâ, formâ licet constent propria naturali atque specifica, ea informante, suumque esse, distingvi & operari dante, quæ nova ipsis quarto die est imposita atque superaddita. Plura quidem à nobis dicenda aliquis propter materiæ nobilitatem postularet; sed necelsum est verbis à *Rungio* prolatis, hanc Thesis claudere: *Quenam ejus ratio fuerit per omnia explicari nequit.*

THÈSIS SECUNDA.

Cometa non est Species mundi.

SIc probatum ivimus lucem primigeniam non periisse, & quidem paulò ampliori operâ (cum materiæ nobilitas & præstantia id exigeret) devolvimur jam, utinam felici successu! ad alteram hanc positionem juxta institutum nostrum, expendendam, idq; brevitate, quâ fieri potest maxima. Et quoniam Thesis hæc priori non minus est controversa, & infinitis sententiarum divortiis scatens: cum per tot secula de Cometiis jam disceptarunt & Physici & Mathematici, nec tamen quis sibi de eo gratulari audet, qvod accuratori ceteris cunctis indagine, in omnibus sibi rem acu tactam habeat: Ideoque temeritatis notam nos non subituros putamus, si cum Eruditis quibusdam, veritatem è profundo putei extra-

trahentibus, præsumeremus cometarum causas in iis, quæ fieri possunt & explicationi non abnuunt, leviter tangendas, quæ verò explicationem fugiunt, nec nos ignorantiam proferri erubescimus, sed utimur hac in parte ipsius Aristotelis excusatione, qui de Cometis dicturus, ita præfatur: *περὶ τῶν ἀφανῶν τὴν αἰσθήσην γορίσουειν παῖς ἀποδίδειχθαι κατὰ τὸν λόγον, εἰν τὸ δυνατὸν ἀναγάγωμεν.* &c. Quid facturi attendamus oportet I. Causam Efficientem, Solum Deum Creatorum in secula laudandum! quippe Qui Agens est Liberrimum, & non impeditur, quin amplius agat in terrorem & commonefactionem nostri, sive in æthereo sive in elementari orbe, nullis n. naturæ vinculis obstricta est Divina Majestas; Sed cum vult fissit aquam fluvias & vertit sidera retrò:

*Hæc potuit solis currus inhibere volantes,
Cum populi Israël Dux Iosue sterneret hostes,
Hæc potuit solis sine luna extingvere lumen,
Cum suus est factus pro nobis victimæ Gnatus.*

Hic non licet confundere causas primas cum secundis: licet Eclipses lunares, conjunctiones planetarum, oppositiones, &c. sint à natura, quæ sine Deo non agat, & vice versa: tamen à ratione operis ordinarii, ad rationem operis extraordinarii, argumentari haud licet. Edebat olim, edit nunc, & edet deinceps miracula, uti Ipse de se testatur in Evangelio: & erunt signa in sole, luna, & in stellis. Et rursus: dabo signa in cœlo sursum & prodigia deorsum. Nulla hic vis in tota rerum natura reperitur, quâ nova hæc species producatur: sed qui primitus species ad mundi integratatem constituendam creavit, is postmodum etiam species, universi hujus ruinam atque interitum significaturas formavit. Individuorum generatio, opus est naturæ naturæ: at specierum productio, naturæ naturantis.

Tycho-
Brahe
Lib. 1. p.
584.

Multis pariter aliis rationibus hoc ipsum probari posse in confesso est, ideoque non immerito cum Aristotele evertimus Anaxagoræ & Democriti sententiam, qui crediderunt congressionem plurimorum Planatarum, in locum cœli vicinum, propinquitate & quasi mixtura lucis, unius stellæ oblongæ figuram efficere, idque rationibus Aristotelicis evidentissimis, quarum unam alteramve placet adferre (α) Errantium stellarum numerus, cum ignotus non sit & congressus earum, cum in multos annos, certos dies, & horas prædicti possit; nullus tamen unquam Mathematicorum adeò fuit peritus, qui præmonere homines de certo die potuit, quo crinitam stellam visuri sint, (β) Cometæ apparent cum omnes planetæ, vel manè vel vespri supra horizontem conspiciuntur, & longissimis sèpè locorum intervallis à se disjunctis. (γ) Stellæ errantes semper suis motibus peculiaribus vel antrorsum vel retrorsum feruntur, etiamsi illa conjunctio, est vicinitas stellarum permixtione lucis suæ, ut formam cometæ effingere possit; tamen illa species crinitæ stellæ, esset paucissimos dies duratura, cum cometas èdem figura & magnitudine, aliquot menses integros, interdum fulgere cernamus. Hisce Democriti opinio tanquam vero dissimilima prorsus est explosa.

2. *Materiam*, ex quâ stellæ istæ insolitæ producantur, quam quidem certam dare non possumus; (cum nos cunctos mortales lateat:) præter quasdam sententias, quæ opinabili conjecturæ potius innituntur, quam certæ experientiæ, utpote: non desunt qui Aristotetem secuti, judicant cometam esse ὀισσον αὐτοπιάσθη, sive ut Plutarchus ex Aristotele refert Lib. 3. de pl. Phil. C. 2. τὴν εντὸς ξηρὰν αὐτοπιάσθεως διάπυξον. id est, exhalationem sicciam & terrestrem in aëre

aëre accensam, & propter copiam materiae diutius ardentem. Alii existimarent cometam esse unam ex errantibus stellis, perpetuo durantibus, cuius talis sit motus, ut rarissime a sole digrediatur tam procul, ut conspici possit, ideoque propter longissima & maximè inæqualia occultationis tempora, motum ejus observari, & conspici non potuisse, quorum sententia subscribit præcipue Ipse *Pythagoras*. Nonnulli cometam nec stellam, id est, corpus cœleste & simplex, nec halitum flagrantem volunt esse, sed exhalationem subtilem, lucentem a lumine solis, per radiorum refractionem. Qibus suffragari non dubitat *Appianus Mathematicus* ille alias celebris. *Tycho Brahe* Excellentissimus Mathemat. propugnat fuisse materiam quandam juxta viam lacteam, sive substantiam quandam cœlestem a materia reliquarum stellarum non discrepantem, ibique circa galaxiam adhuc conspici hiatus quidam instar semiplenæ lunæ, unde desuma sit illa stella, quem nunquam extisse, ante hujus stellæ ortum se recordari dicit, & per consequens, non obscurè insinuat stellam hanc ex eadem, quæ galaxia, substantia conformatam esse. Patrum sententia non aliæ incommoda videtur, quam quod excludat causas mediaque naturalia, per quæ Omnipotens Deus ordinariè operatur omnia in creaturis. *Chald.* & *Stoic.* statuminatio nec meretur applausum, quæ novas has stellas corpora perpetua primâ creatione, cum reliquis stellis condita, faciunt, atque tum demum cerni, cum ex alto vertice in inferiora descendunt. Perplurimorum aliorum opiniones: quorum alii recurrent ad materiam elementarem, quidam ad lutem primigeniam, quidam meteorum emphaticum, quidam rurlus hypostaticum esse volunt, hic jam enumerate supersedemus,

Adoriamur jam unam vel alteram allegatarum examinandam, & quidem primam *Aristotelis* Scilicet: Ast quam inconveniens ejus sententia sit, ut ut tot jam seculis pro authentica habita, paucis hisce subsequentibus dispalesceret. Si namque halitus viscosi, sicci & terrestres in aëre accensi, essent materia, tum profecto stella illa non foret durabilis, sed citissimè periret, & in fumos resolveretur ac deflagraret; quod satis constat ex ignis & sulphureæ ejusmodi materiæ oxyssimè flammam arripientis natura, cumque tamen cometas per longissimum temporis spatium durasse, ex historicis antiquioribus & recentioribus satis inclarescit, uti ex cometa anno mundi ter millesimo septingentesimo, nonagesimo quinto: Anno v. ante natum Christum Salvatorem, centesimo Sexagesimo octavo, *Mutio Scævola & Posthumio Roma Consulibus*, per quinquaginta quinque septimanas continuas coruscante. Pariter ex cometa, anno Christi septuagesimo primo (alii sequenti anno hoc factum esse assertunt) Vespasiano Imperatore regnante, cometæ gladii figuram referens, in dodecatemorio virginis in cœlo, Azymorum die, qui mensis Aprilis octavus fuit, per integri anni Spatium supra urbem Hierosolymam viso. Deinde si fuerint exhalationes terrestres & viscosæ, causa, tum stella ordinariè & post certum temporis intervallum, congregatis denuò exhalationibus cerneretur; posita enim causa naturali necessariò ponitur effectum; sed non servat justum intervallum, quia interdum tempus decem plurimve annorum effluxit, absque ulla visione ejusmodi stellæ, interdum duo cometæ in uno eodemque anno sese nobis spectandos obtulerunt. Denique nullum haberent certum motum exhalationes illæ accensæ, verum huc & illuc in aëre instar nubium aliarum

rumque flammarum vagarentur, cum tamen stellæ hæ
 suo modo circularem, continuum, & regulari admodum
 congruentem habent cursum, & eandem ferè per ali-
 quod tempus retinent magnitudinem & figuram cor-
 poris, qvod exhalationibus propter novæ materiæ, magis
 minusve acensæ adventum, planè inconveniens esse vi-
 detur. Postremò injurius est *Aristoteles* in *Ipsum Au-*
ctorem cometarum, derogando ipsis certam & pecu-
 liarem effectum, certis & naturalibus adhibitis causis,
 cum tamen omnium temporum memoriæ, & experi-
 entia, satis superque edocent, nullum cometam adhuc
 inanem præterlapsum, qvin semper aliquid importet,
 prælagiat, atque portendat. *Pythagoreorum* sententia: ei-
 se stellas perpetuas, plausibilior est, & multos etiam
 Doctos movit, ut eam probabiliorem judicarent, quam
Aristotelis: At, nec illam mereri calculum, multa ar-
 gumenta probant, quorum paucissima tantum pestrin-
 gemus. Quippe si daretur ejusmodi stella caudata per-
 petua, quare suam formam, magnitudinem, claritatem,
 colorem, rationem motus, durationem toties mutat &
 deperdit, quoties à sole digressa, terris se conspicuam
 præbet? an cum vero congruum sit, ullum cœleste
 corpus tam varias ac dissimiles mutationes recipere,
 quales in figura cometarum, & aliis accidentibus de-
 prehendimus? & si ita est quod habet *Aristoteles*, ali-
 quoties eodem tempore plures cometas simul apparu-
 isse, manifesta experientia sententiam hanc revocavit,
 quod unica stella sit cometa. Sed, dicant plures esse
 dissimili figurâ & magnitudine, ejusmodi crinitas stel-
 las, quarum jam hæc extra solis radios excurrat, jam
 alia, ut nunc hanc cladem, nunc aliam terris prænun-
 ciet. Ita dicendum est de illis proximis effectibus, quos
 &

& Auctores fide dignissimi scribunt, & perpetua experientia testatur, esse omnium cometarum proprios, scil. perpetuas ac inusitatas siccitates, flatus vehementes, morbos, & quæ illos comitantur. Cur has res efficiunt tunc demum, cum à Sole longius discedunt, & non similiter, quando sunt cum ipso conjuncti? Saturnus ὑπαυγός frigus auget, Mars ὑπαυγός æstum incendit. Sic & plejades, hyades, stellæ, tunc efficacissimè tempestates cident, cum latent sub radiis solaribus. Cur igitur non occultæ illæ stellæ, vires suas exerunt in exsiccando aëre, excitando flatus vehementes, & terribiles, nec non morbos pestiferos, quando sub radiis solaribus latitant simul cum sole oriuntur & occidunt, cum eo cœli fastigium descendunt, & ad imum cœli demerguntur. At huic stellarum perpetuitati experientia aperte reclamat, quam etiam Aristoteles allegat, quod plerique cometæ evanescunt, priusquam ad solem adeo propè redierunt, ut radiis & fulgore ejus occultari possent. Oportebat autem si veræ stellæ essent, eas semel digressas à Sole, conspici perpetuò, donec ad solem reversæ, contra radios ejus sese abderent & ὑπαυγοὶ fierent, sicut Venerem & alios planetas, semel extra radios solares egressos, cernimus perpetuò, aut manè aut vesperi, donec ad solis viciniam regressi, vi lucis fulgentius occultantur. Verum cometæ longissimè dum adhuc à sole distent, minores evadunt, moxque visui se planè subducunt. Sed valeant reliqua illa argumenta, vix refutatione operosa digna. Nos ut supra, inculcavimus: sicut effectus cometarum Deus sibi soli præcognitos habet, ita materiam ad horum productionem cunctos mortales latentem adhibet. Hinc ut avertamus & evertamus objectiunculam hanc nobis obviā se fert occasio; Deum cessasse à creationis opere, ideoque

ideoque ad hujus stellæ productionem non concurrere ut causam quandam primam, sed adscribi posse potius causis propriis & naturalibus. Verum facilis est responso ad illam: cum distingvimus inter species mundum constituentes seu integrantes, & res inusitatas, extraordinarias, & non facientes ad ejus integratatem & perfectionem. Cessavit quidem Deus ab ejusmodi speciebus de novo creandis, quæ mundum ulterius perficerent, interim non ademit sibi vim atque potentiam ad agendum contra communem naturæ cursum, excitandum que talia signa & effecta, quæ non modo non aperirent nobis Dei iram & impendentia mala, juxta illud *P/al.* 136. v. 6. Quicquid placet sibi Jehovah facit in cœlis & in terra, per mare & omnes abyssos; sed etiam commonefacerent nos, ut desisteremus ab ejusmodi perpetratis malis, & precibus pœnitentiaque seriâ eum rursus mitigaremus. Mundus enim, licet nunquam visi fuissent cometæ, æquè perfectus fuisset ac primitus creatus fuit, & jam adhuc hodie est; & dicere novas Species adhuc subinde creari, temerarium & impium est, quasi Omnipotens Creator non posset omnes species ad ejus consummationem in initio produxisse, qvò minus adhuc hodie necessum habeat ad ejus integrationem aliquid addere. 3. *Formam*, quam peculiarem & specificam habent, nobis etiam ignotam, quæ cometis largitur suam essentiam, suas operationes, affectiones, & ut per eam ab aliis distingvantur: & si evictum est, materiam cometarum non esse halitus siccios, pingves & viscosos, in summa aëris regione pendentes, tum nec flamma loco & nomine formæ venire potest secundum Aristotelem. 4. *Finem*; qui quidem ponderosus satis est, nempe prænunciare mala futura, ut homines ejusmodi signis commonefacti de suis

fuis peccatis iram Dei extimelcant, ac seriâ contritione
 ac pœnitentiâ ad Deum convertantur, & ardentissimis
 precibus contendant averti aut mitigari tantas sibi de-
 clinatas poenas. Effectum cometarum omnium hominum
 sagacissimus investigare & prædeterminare non potis est,
 cum nulli revelatum sit, sed soli Deo notum. Semper
 tamen aliquid certi & rari cometen significare atque por-
 tendere, si non ut causas, tamen ut signa, divinitus ad
 iram Dei adversus peccatorum delicta denuncianda li-
 quidò constat, siquidem omnium seculorum observatio
 & experientia testantur, nullum unquam cometam im-
 punè spectandum se exhibuisse, quin magnæ mutationes
 in imperiis tristes & peculiares eventus subsecuti fuerint,
 utpote: Excellentium Imperatorum, Regum atque Prin-
 cipum inopinatæ mortes, bella atrocissima, & per benè
 longum tempus duratura, annonæ caritas sive misé-
 rabilis famæ, grassantes & violenti morbi, utpote
 pestis, & alia contagio plena, nec non siccitas, &
 æstus intolerabilis. & innumera ejusmodi alia, ut re-
 cte dicit Camerarius: exarsit nusquam sub cælo impu-
 nè cometes. nec non Plinius: Cometa totum annum se-
 quentem suspectum reddit. Pontano cometa appellatur,
 Dirum mortalibus omen. Philippus Melanchton canit:

Nulla ætas vidit flagrantem impunè cometen,

Non leve venturum nunciat ille malum.

Adhuc Pontanus præclare ait:

Ventorum quoque certa dabunt tibi signa cometæ,
Illi etiam belli motus, feraque arma minantur.

Magnorum & clades populorum & funera Regum,
Ut cum seu cœli occasum seu solis ad ortum,

Extulerint caput infelix & crine minaci,
Horrendum latè implevit terroribus urbes.

*Si steterint certoque loco vestigia figent,
Finitimi bello invadent, civiliaque arma
Fædabunt socias cognato sanguine dextras.
Sin ortum tendent versus peregrina moveri
Bella scias hostemque extremis affore ab oris.*

Exempla pariter multa cumulari possent ad probationem eorum effectuum; sed cum ipsamet credo cuius obvia esse, idcirco etiam ad vitandam prolixitatem ea lubentes præterimus. Obtinuimus jam contra *Aristotelem* ejusque *Asseclas* cometam non esse $\mu\epsilon\tau\omega\varphi\eta$ qvoddam igneum, sed stellam: Itaque nec largiri illi possumus locum cometarum esse supremam aëris regionem, cum nulla stella unquam adhuc in aëre visa sit; sed locum ordinarium facimus ipsum cœlum, qvod omnium stellarum propria sedes est, prout nobiscum hoc asserit *Cardanus*: & satis inclarescit ex ipsius figura, duratione, & motus regularitate. Si $\mu\epsilon\tau\omega\varphi\eta$ esset igneum in aëre, tum non servaret eandem magnitudinem, cum pro materiae magis minusve incensæ adventu, jam major jam minor foret, & omni motus regularitate planè destitueretur, exemplo etiam aliorum meteororum huc & illuc aberraret, qvam aberrationem in cometis reperire non licet, propter motum reliquarum stellarum gyrationibus maximè congruentem, legesqve earum observantem, imitando earum regularitatem, & absolvendo circuitu suo globum terraqueum viginti quatuor horarum spatio. Denique concesso hoc, cometas esse exhalationes incensas in aëre, tum repentinae essent, & ab omni duratione alieni juxta illud *Seneca*: *Quaecunque aer creat brevia sunt, nascuntur in re fugaci & mutabili.* Qvomodo enim potest in aëre idem diu permanere, cum ipse aër nunquam idem maneat? fluit

semper & brevis illi qvies est. Nunc pluviis plenus, nunc inter utrumqve varius. Nubes ex illo conflatae mox in illam resolvuntur, & disperguntur, nullam admittentes quietem. Id quoqve videre est in aliis mete-
oris, qvalia sunt, trajectiones, trabes, clypei ardentes, chasmata, globi ignei, fulgetra, fulmina, & similia, qvæ citissimè deflagrant, & tanqnam ignes certi in corpore vago sedere nequeunt. Atqve ita discussis, qvæ assertum nostrum solicitare videntur, aggredimur tertiam, uti-
nam fausto omne thesin! sit itaqve.

THESIS TERTIA.

Aer in motu naturali est causa velocitatis
in fine, & in motu violento celeritatis ab initio.

HÆc positio, utut plurimis laboret difficultatibus ob-
plexas utrobiq; opiniones; nihilominus tamen
utilitate & elegantiâ, eam quam maxima scatere
nullus sanus dubitet; quippè omnibus fermè rebus &
præprimis animatis non parum inservit aër, variarum-
que mirandarum rerum & mutabilium stat causa, accu-
ratam itaque & amplam' meretur expositionem. Sed
quoniam in duarum hisce antecedentiarum thesium evo-
lutione præter institutum & opinionem paulò prolixio-
res fuimus: eapropter sequentia intra angustiores co-
recepimus limites, & tribus, quod ajunt, verbis ea enoda-
bimus. Prius quod attinet Thesios membrum: *tardio-*
rem esse motum naturalem in initio quam fine; tum vexati-
llimum est, & varietati sententiarum obvium. *Simpli-*
cius omnium primò facessit nobis negotium, dubitando
& simpliciter ferè negando; *motum naturalem propè fi-*
nem velociorem esse, quam in principio, cum nemini hoc

compertum esse ait: quem concinnè satis refutat *Strato* discipulus *Theophrasti*. Deinde *Hipparchus* adstruit, motum naturalem præcedere violentum: quod enim movetur, dicit, naturaliter deorsum, prius fuerat motum & projectum sursum: quare cum revertitur deorsum, vis illa quā sursum projectum fuerat, debilitatur atque minuitur, & quia propè finem vis illa est maximè fracta & remissa, idcirco motus tunc existit celerior. Præter hos in promptu est opinio perhibentium, nil nisi ipsum medium in causa esse, per quod fit motus, qvod in primis tanquam magis superandum resistit rei, quare cum in fine motus, minus restet medium superandum & disjiciendum à mobili, ideo tanto facilius tunc potest effici motus, quam in principio. Aliqui hanc amplexi sunt sententiam: quod locus iste fuerit non naturalis, à quo motus naturalis inchoatur, cum quisque locus non naturalis ipsum mobile inficerit contrariis qualitatibus, per longiorem ab eo recessum, & propiorem ad naturalem accessum collabescientibus. Alii rursus virtutem motivam ex appropinquatione mobilis ad locum suum naturalem magis confortatum & corroboratum iri statuunt. Denique etiam nonnulli ipsi medio, aëri videlicet, hanc causam adscribunt, tum ei, qui terga lapidis subsequitur retrò impellens atque protrudens lapidem, tum etiam ei, qui à lapide descendente propellitur, & ad anteriora promovetur, unde fit, ut quia in fine motus naturalis, aër est maximè commotus & dissipatus, ac proinde ad resistentiam minus idoneus, tum motus naturalis velocior atque vehementior evadat. Has præter alias sententias præcipue enumerat *Pererius*, quibus quinqve prioribus etiam prolixissimam subjunctionem habet refutationem, sextam verò approbat & defendit, quam etiam nos calculo nostro dignamur; ita

tamen ut brevissimis nos expediamus rationibus. *Weinrichius de Monstr. Cap. 5.* Quærit quo sensu id probari potest, tardiorum in principio, in fine velociorum esse motum hunc naturalem, & quænam varietatis ratio in eo motu? argumentum sumit ex uno eodemque pondere sive gravitate in lapide, quam nec augeri nec minui afferit. Sed si peccare nos non speremus in tanti hujus aliorumque magnorum virorum auctoritatem, diceremus eos ex ignorantia causæ & rem & sensum ipsum negasse, nam licet quoad sensum τὸ διότι latere & solicitare nos videtur, sensu tamen τὸ ὅτι hoc comprobare non adeo est difficile. *Ex ignoratione etiam intellectus, ad rei negationem non valet consequentia.* Exemplo sit nobis lapis, qui ex alto dejectus in initio descensus sui est multò tardior quam in fine. Causa hujus motus est forma seu principium internum activum lapidis, quæ forma per ipsam gravitatem, tanquam per medium quoddam petit centrum (juxta illud: *omne grave remoto obstatu deorsum tendit*) aëremque utpote corpus subtilius, tenuius, & ad resistentiam minus aptius, premit, quassat, dividit, viamque descensus sibi parat. Ast quærat quis: unde illa tarditas major in initio quam in fine, & quænam ratio? causa tarditatis quærenda est in ipso medio, per quod fit motus, quod est iple aér, cuius natura est, ut paululum extrinsecus motus, deinceps etiam per se vehementius fluctuet & agitetur, adeoque ea quæ in se continet corpora, nisi fortè sint immobilia, propellat. Quod inclarescit ex aquâ, quæ vel exiguo quodam ligno mota, fluctuat & agitatur, aliasve res innatantes propellit, cur ni ejusmodi agitatio fiat in aëre, qui aquâ longè subtilior est atque tenuior? corpus enim subtilius & levius cedit

crassiori. Sic lapis disrumpit atque lecat aërem quietum
 ac resistentem, cuius motæ ac dissipatae partes unionis
 amantes, magno impetu ad unionem ruunt. (*natura
 enim unionem amat divisionem abhorret*) quod dum fa-
 ciunt, concursu suo vehementius protrudunt mobile,
 cumque ad vim lapidis motivam accedit aëris impul-
 sus, duplicatis sic motus causis, augeri descensus velo-
 citas incipit: lapis igitur celerius per aërem motus &
 vehementius concitatus, aërem quoque magis magisque
 pellit, qui vehementius pulsus, rursus lapidem vehemen-
 tius propellit, atque sic deinceps usque ad finem motus.
 Unde palam est in fine motus lapidis, motum o-
 mium esse velocissimum, cum vehementissime pulsus
 à lapide aér, eundem lapidem vehementissime propellat.
 Ita enim movens & mobile in eo motus vicissitudinariā
 & mutua in motu continuando utuntur operā, & alter
 alteri auxiliares præbet manus. Hæc jam est ratio experi-
 menti istius, cur lapis ille fortius & acrius subjectam ma-
 num vel caput lædit, qui è sublimi decidit loco, quam
 qui ex humiliori. Licet etiam ex uno eodemque loco,
 tum ferit magis is, qui circa finem, quā qui circa descen-
 das initium, nisi sit justò majoris molis, cum intelliga-
 mus lapides unius ejusdemque ponderis atque gravita-
 tis, gravitas namque est causa motus, quod deorsum ver-
 gat, non tamen est causa varietatis motus; quod jam
 velocius, jam tardius moveatur; sed neque una eadem
 que causa gravitatis infert effectum seu motum semper es-
 se eundem atque æqualem, alia enim hic incedendum
 viâ, nempe ad diversitatem medii, quod motui naturali
 ab initio adversatur, in fine favet & obsecundat. Multò
 facilius cursitant homines per aërem, quam per aquam
 quantumvis limpidissimam. Navis etiam varium habet
 motum

motum in aquâ salsa seu crassiori, varium in dulci seu
 limpidiō & leviori. Sed dum loquimur de motu natura-
 li, non possumus non recordari eorū, qui argumentantur
 de motu naturali stellarum, dicentes, stellas non esse
 tardiores in initio, in fine velociores, cum constantissimo,
 æquali, atq; regularissimo moveantur motu. Verūm faci-
 le res patebit, dum distingvimus inter motum circularem
 stellarum, & rectum corporum gravium, de quo po-
 sterior nobis est sermo; stellæ expertes sunt omnis gra-
 vitatis, omnis levitatis, calditatis & frigiditatis, medi-
 umq; semper habent uniforme. Eādem facilitate respon-
 deri potest ad objectionem de motu naturali animalium,
 cum discernimus motum pure naturalem, à naturali se-
 cundum qvid, qvi posterior in Specie dicitur progressi-
 vus & spontaneus, & comes est animæ sensitivæ,
 quippe qvi ab interno principio animalis, anima ni-
 mirum motrice facultate prædicta, etjam pro lubitu
 se habet indifferenter ad celeritatem & tarditatem, ad
 latus dextrum vel sinistrum, deorsum, sursum vel re-
 trorsum, & in quantum spirituum operâ perficitur
 in corpore organico, propter varietatem organorum,
 ad varios motus recipiendos apto: musculi enim &
 nervi, à spiritu copioso & integro primū impulsi, lon-
 ge sunt agiliores & vegetiores, quibus tandem paula-
 tiam exhaustis atque absumptis, flaccescent nervi & de-
 bilitati concidunt, donec spiritibus plane destituti, ne-
 cessariò demum inequitur immobilitas & defatigatio.
 Nostram sententiam *Pererius Lib. 14. C. 3. pag. 748.* pro-
 pugnat. Ita enim loquitur: *Hæc sententia mibi qui-
 dem videtur ceteris probabilior: tum quod aliae mani-
 festis, necessariisque rationibus refelluntur atque convin-
 cuntur: contra hanc verò neprobabile quidem argumentum
 fingi*

figi potest: tum quod bac nibil ponit quod non sit con-
gruens & rationi & experientiae, & quod non ex ipsa
naturâ rerum depromptum esse videatur. In hac opinio-
ne magis, quam in ceteris animus meus sibi satisfacit, in
hac unâ maxime conquiescit. Idem etiam videtur in-
tendere Aristoteles qui in Lib. de Quest. Mechanicis
quest. 19. affirmit: motum corporis ipsa motione &
agitatione augeri & celeriorem fieri. Qui de hilce
plura desiderat, adeat, velimus Zabarellam Lib. 1. de motu
gravium & levium Cap. 15: 18. 17. p. 302. & seqq. Ubi
contrarias opiniones recenset, tandemque nostram
multis rationibus stabilit atque corroborat sententi-
am. Multis pariter exemplis hoc nostrum assertum de-
clarari posset, sed brevitati studentes iis enumerandis
supercedemus.

Jam ad membrum Thesios posterius aërem esse
causam motus violenti celerioris ab initio, in fine tar-
dioris, ubi pariter dissidia sunt auctorum, nec circa i-
dem eâdem ratione modoque sentiunt, cum alia jam
res sit & inversum plane negotium. Sicut in motu na-
turali est quædam quoad principium & finem diffor-
mitas, ita & in motu violento, nam illic in initio tarditas
& in fine velocitas, hic modo contrario in prin-
cipio celeritas, in fine tarditas. Magirus dividit motum
per accidens in violentum & violentie expertem. Vi-
olentum definit, ad quem nil confert natura mobilis, sed
vi perficitur: cajus species quatuor constituit, Pulsionem,
tractionem, rectionem, & vertiginem. Violentiae vero
expertem vocat, cum aliquid movetur ad motum alte-
rius: ut, cum motâ navi, navita quoque quiescens mo-
vetur. Verum huic posteriori distributioni non subscri-
bitus,

bimus, quia unum idemque hoc exemplum de navⁱ
motâ, & navita, adfert ad motum violentiæ expertem,
& ad motus violenti speciem ventionem scilicet, nihil
que discriminis dare potest inter has, nec distinguntur
definitionibus à Magiro adhibitis. Violentum enim ait
esse, ad quem nil confert natura mobilis. Atqui ad
motum violentiæ expertem natura mobilis & ipsa nil con-
fert. Contenti itaque sumus illa motus divisione quam
sistit nobis Sperlingius, in naturalem & violentum: hujus
Species sunt pulsio, tractio &c. Omne enim movens, si
fuerit causa interna motus naturalis; sin externa, motus
violentus est. sic motus lapidis in altum projecti non
est à sua forma, quia est violentus, omne violentum na-
turæ inimicum, sed est à causa quadam externa. Jam
quærat quis, unde jam est ille lapidis continuatus motus
etiam à projiciente separatus? eum aut à virtute moven-
tis, aut à virtute mobilis seu seipso, aut à virtute mediæ,
aut à nullo esse, necesse est. At non est à virtute moven-
tis: quia ibi non datur contactus, cum videmus eum
separatum esse à projiciente, & non amplius tangi: unio
namque necessaria requiritur inter agens & patiens. Nec
est à virtute mobilis seu causa interna, quia motus ille
contra naturam fit, & nihil in rerum natura seipsum
movet motu violento: neque à nullo est: quia quicquid
movetur, ab alio movetur. Jam restat ipsum medium,
quod adversarii pro causa non agnoscant, ob rationes,
quas modo subnectemus. Verum recurrent etiam non-
nulli magni nominis Philosophi ad virtutem quandam
motivam, quæ inprimi debeat à projiciente, quam ita
describunt: Cum lapis jaceitur, illâ vi & impulsu pro-
jectionis, in primi in eo à projiciente virtutem quandam
motis.

motivam, quæ in barens in lapide, movet ipsum cum est disjunctus à projiciente: movet autem per tantum spatum, quanta est virtus motiva: hæc autem tanta est, quanta fuit contentio, vis & impulsus projicientis, cum primum lapidem projectit, eique virtutem banc impressit. Huic sententiæ favebat Combachius Lib. I. Physic. Cap. 7. p. 193. 94. Etiam Septalius, qui hæc verba prioribus addit: *Hæc verò impressio nihil aliud est, quam forma quedam accidentalis, conservans in ipso mobili virtutem agentis, ut motus continuari & perpetuari possit.* Scaliger etiam huic sententiæ suffragatur, & motionem formam impressam salutat. *Omnis actio, inquit, aut est forma accidentalis, à qua nonnunquam opus apparet manifestum, atque etiam extat ut compactio navis &c. de quo videatur Exerc. 28. S. 1.* Hæc sententia ut plurimis, ita inextricabilibus implicatur difficultatibus. Nam stante hac (1) Accidens numero idem migraret de subjecto in subjectum, ut hic de projiciente in lapidem projectum, quod communis Lògicorum ore est explosum. (2) Sequeretur virtutem impressam, quæ illis qualitas motiva audit, esse levitatem cum lapidem sursum, & esse gravitatem cum eum deorsum movet, & sic qualitates motivæ suspenderentur ab arbitrio projicientis: quod à temporibus, qualis autem sit cum dextrorsum vel sinistrorsum movetur, scire aveat. (3) Virtutem illam sursum moventem, aut dices convenire specie cum levitate aëris, aut etiam differre, at convenire non potest, quia obstant diversæ causæ efficientes, & modus agendi diversus. Si rursus dicas differre, tum non potis est ferre lapidem secum in sublime, & eundem cum levitate aëris occupare locum. Denique duo levia uni gravitati terræ opponerentur. (4) Sequeretur motum localem novam aliquam formam producere,

quod negat *arist.* 8. *Physic. text. 59.* Alia ut taceamus absurditatum, plausta, quæ exinde deducunt & evincunt alii. Nos igitur veriorem & tutiorem viam secuti, illius motus violenti ab initio velocioris, causam, ipsum quoque medium esse asseveraramus: quam causam alii, *ut Plato*, appellant *Antiperistastin*, teste *Scaligero Exerc.* 28. S. I. Quod medium ut servet suam continuitatem & penetrationum dimensionem, vacuumque impedit, à lapide dissipatum sese unit, ut postea exemplo aëris expeditum dabimus. Videatur *Zabarella Lib. I. de motu gravium & levium.* *Pererius Lib. 14. de var. & divis. mot. C. 5. pag. 749.* Hoc medium motus istius causam faciunt dupliciter, alii respectu aëris impellantis, alii respectu ejusdem cedentis. Priori hoc modo & ratione impellantis, agnoscimus aërem esse causam motus, posterioris non, quia ex posteriori inferunt quod aër potissimum hunc motum habet propter ipsum vacuum, quod impedire & supplere necessum habet. Aërem namque fugientem & subtrahentem se lapidi, si non lapis identidem absque ulla mora succederet, vacuum dari nemo inficias eat. Sed occurrit *Scaliger:* Ecce, inquit, quemadmodum non per impulsionem instantis aëris, *ut Plato*, sed per cessionem impulsus: cuius in locum subeat aëris, ne vacuum detur. Quæ tamen ratio nequam nobis satisfacere demonstravimus. Non enim potest antecedens aëris velocius moveri, quam movetur lapis, à quo semel est impulsus aëris ille. Nam quomodo moveretur magis, quam ipsum movens moveret? Itaque major est difficultas ad intelligendum, quam natura fultus aëris subtrahat se lapidi, à quo non est per se pulsus; quamque

quomodo lapis à non tangente manu moveatur, quæ il-
lum per se primò pepulit &c. Bass Lib. de Motu, art. 2.
non paucis verbis hanc profligat. Proinde si aër lon-
gius procurreret ipso lapide, tum longe facilius foret
alium aërem transversum intercedere, quam lapidem
succedere in locum, qui corpus est maximè durum, so-
lidum atque grave, & propter violentiam illam naturæ
ejus maximè repugnat. Priorem illam divisionem (quæ
medium ratione aëris impellentis causam faciunt) ex-
plicaturi, paucis verbis indicabimus illam esse nostram,
& simul demonstrabimus quam congrua, tuta, & præ ce-
teris explicabilis illa sit. Exemplum haud obscurum sup-
peditat nobis lapis, qui è manu projectus primam vim
atque virtutem debet ipsi moventi, cuius impulsu divi-
dit, rumpit, atque propellit aërem: Illa sectio atque
fractio cum sit contra naturam atque continuatatem aëris,
(unionem enim quamlibet naturam amare superius
inculcavimus) partes ejus divisæ, ne relinquatur vacu-
um, magno impetu a sui unionem ruit, quo concur-
su protrudunt lapidem, sed non tanta vi, qvanta fuit prima
à projiciente. Illa iterum virtute, quam protritus lapis
natus est, rursus alium aërem disjicit atque secat, qui
aër dissipatus concurrendo protrudit denuò projectum.
Quo iterum iterumque facto, utriusque vires atque
impetus debilitantur atque senescunt, donec tandem pe-
detentim per imminutionem continuam inclinet ad
centrum, & à naturâ sibi destinatum locum petat, quod
quiescat. Manum nobis hac in re porrigitur Aristote-
les in Lib. de Qvest. mech. q. 33. Themistius & alii. Idem
valet de sagitta per nervum arcus excussâ, globulo è bom-
barda

barda vi pulveris pyrii exploso, aliisque motibus violentis. Quod autem obstant nobis hisce suis machinis, non tantæ sunt, quin leviraciocinationis brachio everti queant.

1. ratio hæc est: cur non lapis projectus in sublime, à vento etiam vehementissimo longius ferretur, quàm cum manu aut nervo arcus projicitur. *2. ratio* cur pluma non habet vim dividendi aërem? & cur non majori facilitate pluma quam lapis impellitur. *3. ratio*: Quomodo aër naturâ inquietus, fluctuans & vagus possit tam directe & modo regularissimo dirigere telum, ut feriat scopum & non potius ad suum locum sursum, aut fortè ad alterutrum latus tendat? Hæ difficultates propositæ non tanti sunt momenti, ut assertum nostrum infringere valeant. Itaque breviter ad singula respondebimus: Primum quod attinet argumentum: tum qvamvis flet ventus, & aëris totus commoveatur, non tamen ita unitus & conjunctus movetur, ac tum, cum pars aëris per lapidem à projectante propellitur. Ideoque non tantam habet efficaciam ad protrudendum lapidem & motum continuandum. Ad secundum dicimus: aërem non propellere projecta, nisi à projectis primo protudatur, atque pluma, stramen &c. non habent dividendi vim, ergo nec promoventur longius. Lapidès verò, sagittæ & globuli, cum insigni vi aërem dividendi polleant, vicissim propelluntur ab aëre vehementer. Tertium quod concernit: ad id tenendum, rationem referendam esse in ipsum jaculatorē, qui per linéam quandam rectam sagittam dirigendo, directe & reguraliter dividit aërem, qui aëris disiectus, in eadēm jineâ protrudit sagittam vel globulum, eousque, quo-

prædestinatam metam attingere queat. Atque hæc erant, quibus breviter objectiunculam enervare animus fuit, ut taceamus quod non minus sui ipsorū de virtute impressa, statuminationi accommodari, & æquè ac nostrum assertum solicitare videtur. Et si adhuc ultimo quis de tanta aëris vi & potestate in corpora gravia, & studio servandi continuitatem dubitet, ille perpendat, velim spirituum & flatuum in animalibus virtutem, actiones item aëris in terræmotu, tonitru, fulmine ventis &c. æquâ lance etiam ponderet experimentum non minus jucundum quam utile, quod enarrat *Curaeus Lib. 2. de sensu & Sensibil. Cap. 38. p. 209. & seqq.* Miranda, infit, naturæ industria est, in servanda corporum mundi continguitate. Explosa fuit bombarda in quoddam conclave, orbes vitrei universi ex fenestrī excusse sunt, & quidem omnes cecidere in ipsum conclave pavimentum, non in proximam viam. Ratio manifesta est, quia aëris ille fragore repente, & violenta ratione fuit divisus, ne verò daretur vacuum, latentes aëris partes subito se unire, & simul magnâ violentiâ eum, qui erat extra fenestras, aërem attraxere, qui dum confertim & cum suo violentiâ irrumpit, vitrum confregit. Hæc ille ex *Marco Antonio Passero.* At jam citra opinionem in destinatam molem crevisse cernimus opus, cum tamen præter hæc etiam nobis copiam fore credidimus; ad unum vel alterum Theorema ulterius tractandum, sed jam intermittere, & angustiora ingenii vela contrahere cogimur. Itaque Lector candide, candido affectu, candidos nostros ardua tentantes interpretare conatus, & simplificatatem

citatēm brēvētique hanc expositionem propter temporis
 angustias , subsidiorumqne defectum obortam, benigni-
 tatis Tuæ oculo aspice. Quo facto nonnihil mihi, magis
 Tibi, maximè Deo Te inservire putas, Qui talia auspi-
 canti, felicem ingressum, feliciorem progressum, feli-
 cissimumque egressum largitur paternè. Cui operum
 nostrorum Ductori & Directori, sit laus, honor,
 & gloria, in secula nunquam
 terminanda!!!

